



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

Quòd Ioannes Alexandrinus episcopus Romam profectus, effecit vt  
Pontifex Romanus Simplicius ad Zenonem de irrogatis ipsi iniuriis literas  
daret. Caput XV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

derat. Properè igitur vos ad eam recipite. Nam si hoc pre-  
stiteritis, non modò domini seruatoris, & Dei nostri Iesu  
Christi benevolentiam vobis conciliabit, verùm etiam à  
nostra celitudine magnam laudem consequemini. Ista epi-  
stola perfecta, omnes Alexádrini se sanctæ, catholicæ, & A-  
postolicæ ecclesiæ adiunxerunt.

*Quod Ioannes Alexandrinus episcopus Romam  
profectus, effecit ut Pontifex Romanus Simplicius  
ad Zenonem de irrogatis ipsi iniuriis literas daret.*

Caput XV.

Ioannes, de quo supra mentio facta est, fugiens Alexan-  
dria ad antiquam Romam contendit: ibiq; magnas con-  
citauit turbas. Dixit namque se pro decretis Leonis &  
Chalcedonensis concilij sua sede episcopali exturbatum  
fuisse, alterumque, qui illis aduersabatur. in ipsius locum  
surrogatū. Quare cum Simplicius antiquæ Romæ episco-  
pus vehementer conturbaretur, & literas propterea ad im-  
peratorem Zenonem daret, rescritbit Zeno, crimenque per-  
iurij obiectat Ioanni, eumque eius rei, non autem alterius  
gratia episcopatu abdicatum esse.

*De Calandione Antiocheno pontifice, qui propter  
amicitiæ cum Ilo Leone & Pamprepe suspicio-  
nem, in exiliū actus est, & quod cum Petro Cna-  
pheo Mongus, & Constantinopolis & Hierofo-  
lymorum episcopi, amicitia fædus inerunt.*

CAPVT XVI.

Calandio antistes Antiochiæ scribens ad imperato-  
rem Zenonem, & Acacium Constantinopolitanum  
episcopum, Petrum non solum adulterum vocat, ve-  
rām etiam eum cum esset Alexandriæ, Chalcedonensi con-  
cilio anathema indixisse afferit: qui postea ad incolendam  
Oasin cōdénatus fuit, q̄ partes Ili, & Leōtij & Pamprepis,  
contra Zenonē fouebat. Petrus verò cognomento Cna-  
pheus, qui ante Calandionē & Stephanū episcopus fuit, vt  
supra